

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Potestas k
cum uariis

Qui potestatem non cupiuit adipisci, nec ereptionem utique eius ueretur, atque non metuens cuncta cum ea fiducia et libertate que Christiano conuenit exequetur. Nam qui metuunt et ne deponantur tremunt, amaram sustinent seruitutem et que malis redundet innumeris, atque tam Deum quam homines frequenter coguntur offendere.

Crisostomus in suo dyalogo libro III.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

cupiuit] cupit P V¹ V² L¹ L²; utique eius] eius utique C; cuncta] que *add.* P V¹ V² L¹ L²; ne] non (*cor. supra lin.*) M; deponantur] deponentur B; innumeris] in numeris C P V¹